

## LA CUCINA DEL VESCOVO DI LUNI

---

Il documento che qui pubblichiamo (1) è assai curioso, per le peculiari notizie intorno alla vita privata dei vescovi di Luni, i quali nella loro qualità di conti, aveano largo potere civile. Essi traevano tutto quanto era necessario ai bisogni della vita, dalle prestazioni imposte ai vassalli ed ai castaldi o tenitori de' fondi rustici. Alcuni dell' Amelia, ad esempio, dovevano al vescovo ciascun anno *VI denarios pro agnella tico et I gallinam in carnisprivio et I juncatam in S. Maria de medio Augusti, et facere balneum domino episcopo et apportare aquam de mari et colligere herbas odoriferas ad dictum balneum faciendum*; altri era obbligato a portare legna per il forno; un altro erbaggi e cervogia; e chi accomodarlo di materassi e sacconi, chi di un letto compiuto. V' era chi dovea al vescovo *unum admiscere de duobus annis uno*; ed un Opecino giudice, cioè avvocato, aveva obbligo di lavorare in cucina coi cuochi. Insomma il vescovo avea distribuito i servigi tra le famiglie dei suoi fedeli in modo che, giungendo in qualche luogo, nulla rimanesse a desiderare (2). Come si vede, quattro poderi dovevano ogni anno ripartitamente, in tempi determinati, apprestare le cose necessarie alla cucina, ricca di cuochi e sguatteri, ai quali era preposto un capo, che occupandosi più specialmente della mensa personale del vescovo, avea ufficio di sopravvegliare al buon andamento di tutta la cucina; che se alcuno mancasse al debito, doveva essere battuto, come gli altri della masnada.

(1) Esiste nel *Codice Pallavicino*, conservato nell' Arch. Capitolare di Sarzana; porta il n. CIII.

(2) CIBRARIO, *Econ. polit. medio-evo*, II, 104, 106. *Schiavitù e servaggio*, II, 354

Alla tavola episcopale si faceva grande uso di carne, nè vi mancavano i ripieni tanto cari agli antichi, nè gli arrosti; insieme ai porcellini, agli agnelli, ai montoni ed ai capretti, compariscono le lepri, i caprioli, ed i cervi.

Singolare infine la minutezza con cui vengono indicati i diritti dei servi.

Quando fu rogato quest' atto era vescovo Pietro di cui ignorasi il cognome.

In eterni Dei nomine, amen. Ad memoriam in posterum retinendam in hac pagina describitur ordo cocarie domini Lunensis Episcopi qualiter fieri debeat, videlicet: in primis podere de Linari debet facere quartam partem anni de cocaria, et ille qui habet illud podere debet incipere primam ebdomadam; podere de Brasile secundam ebdomadam debet incipere et facere, et quartam partem anni debet facere; podere de Pogio similiter quartam partem anni quam ille qui habet illud podere debet incipere et facere terciam ebdomadam; podere vero de Bolano similiter quartam partem anni et qui habet illud podere incipere debet quartam ebdomadam. Et in hunc modum omnes isti supradicti debent perficere servicium cocarie domini Episcopi Lunensis tocius anni per totum Episcopatum Lunensem. Valentinus autem debet servire domino Episcopo per medium annum de propria et speciali coquina ipsius domini Episcopi; et debet esse super alios septimanarios, et servire et custodire tam ipsam coquinam, quam ipse facit proprie ad opus Episcopi, quam illam quam ebdomadarii faciunt ad opus clericorum et militum et tocius masnade. Et debet ipse Valentinus ire cum domino Episcopo sive Romam sive alibi quocumque perexerit ad voluntatem Episcopi tamen cum equitatura domini Episcopi. De omnibus autem cibariis que fuerint cum pasta vel in cibo, pasta mictatur quando opus est ad coquinam; vel de coquendis

fructibus in igne vel cinere coci non debent se intromittere nisi voluerint; sed pistores debent servire de pasta et cortesiani de fructibus. Et si forte puer non fuerit in Curia ad afferendam aquam ad opus coquine, quisque cocus septimanarius debet ducere et habere aquarolum suum pro aqua afferenda in coquina; et ille aquarolus debet comedere in Curia. Finita vero ebdomada, septimanarius debet reconsignare scutellas et vasa maiori coco vel castaldioni vel canovario. De porco, qui coci interfecerint et paraverint ad opus coquine, ipsi coci debent habere sumatam, quam debet incidi per medium pupellam a dexteris et a sinistris, et debent habere collare, preter barbinam, et caudam cum tribus nodis et minorem penolam fegati. Coci quoque a festo beati Martini usque ad octavas resurrectionis Domini debent habere pelles, capita, pedes et interiora montonorum, agnorum, capretorum et leporum, excepto tamen fegatello capretorum omnium illorum videlicet qui veniunt ad coquinam domini Episcopi de omnibus curtibus sive per aportatores curie presententur; et si opus fuerit quod bestioli impleantur, de interioribus supradictis impleri debent, et hoc ubicumque Episcopus fuerit a predicto festo beati Martini usque ad octavas resurrectionis Domini. In curia vero Serzane ab octavis Pasche usque ad festum beati Martini senescalcus debet habere predictorum animalium pelles quos interficiuntur diebus dominicis. In omnibus autem festivitatibus que vigiliam habent coci debent habere pelles tantum et collare predictorum animalium et coratas, preter duas partes fegati quas ad eos non pertinent et preter polmonem quem aquarolus debet habere, et cortesianus debet habere caudam muntonorum. Custos etiam debet habere muntonorum capita et pedes muntonorum, et Curia debet habere introitum montonorum tantum. Et si contingit quod festivitas apostolorum et aliorum qui vigilias habuerint infra predictum terminum venerit in dominica die, coci debent dividere pelles per medium cum siniscalco. In aliis

autem diebus ab octavis Pasche usque ad festum beati Martini pelles omnes sunt Curie, et collari et corate sunt cocorum, preter duas partes fegati quas ad eos non pertinent, et preter polmonem quem debet habere aquarolus et cortesianus caudam et custos muntonorum capita et pedes habere debet, et Curia introitum. In omnibus autem locis preter Serzanam ab octavis Pasche usque ad festum beati Martini coci debent habere capita omnia, exceptis capitibus porcorum, et collaria, coratas muntonorum agnorum et capretorum et porcellorum si assati fuerint, et sumatam porci preter barbinam et collare et coratam cum tribus nodis; aprorum vero omni tempore debent habere linguatum. Coria autem predictorum animalium infra statutum terminum debent coci dividere cum siniscalco per medium, exceptis diebus festivis que habent vigilias. Si quandoque dominus Episcopus congregaverit Curiam, coci debent venire omnes statim cum fuerint vocati ad servicium faciendum; et omnes pelles que ibi fuerint erunt cocorum, preter coria cervorum atque capriolorum; et hoc ubicumque Curiam congregaverit. In Natali et Pascha dominus Episcopus debet dare oblationes cocis qui fuerint ibi coci maiores. In Pascha debent habere granellum unum tantum inter eos. Preterea sciendum est quod collaria et iskiki agnorum et capretorum, si assati fuerint, debent esse cocorum; et similiter collaria porcellorum sunt cocorum, si fuerint assati. Coci omnes, si offensam fecerint de officio suo, verberari debent sicut alii masnadengi. De fructibus eorum vel ortulatu cortesianus non debet accipere. Feodium Imperatoris sive Regis coci dare non debent. Aquaroli septimanorum non debent afferre aquam nisi in Curia Sarzane et Amelie.

Actum est hoc anno M.<sup>o</sup> C.<sup>o</sup> octuagesimo VIII, indictione VI, in Curia Castri Sarzane, die Jovis qui fuit XVI kalendas septembris, in presentia et concordia domini Petri Dei gratia Lunensis Episcopi, et cum signatione Baldinelli castaldionis,

et in concordia et assensu et confessione Valentini hominis de la Fontana, Daltinelli Cereoli cocorum atque Ruberti pistoris: qui omnes concorditer publico scripto redigi rogarerunt. Signum manum Goberti dyaconi domini Episcopi, Curti de Carnea, Henrici Beccarii, Feretti, Castilionis de Castileone, Gerardi de Bruscaliano rogatorum testium.

Ego Lombardus domini Imperatoris et Lunensis Curie notarius interfui et rogatus hoc scriptum feci.

### LA NASCITA DI LEON BATTISTA ALBERTI

Alcune recenti pubblicazioni hanno riaccesa la disputa intorno alla nascita di Leon Battista Alberti, specialmente perchè Virginio Cortesi ne ha fatto singolare argomento, per restituire al Pandolfini l'operetta *Del governo della famiglia*, la quale si reputava oggimai dai più lavoro dell' Alberti (1).

Diverse date vennero assegnate al nascere di Leon Battista, altri disse nel 1398, altri nel 1414, ma più comunemente si ritenne l' anno 1404. A queste deve aggiungersi la recente opinione del Scipioni, che lo vorrebbe nato nel 1407 (2). La prima data del 1398 è stata messa subito da parte; quella del 1414 recata innanzi dal Tiraboschi, poi da lui stesso abbandonata (3) e sostenuta adesso dal Cortesi, viene confutata vittoriosamente dal Scipioni e dal Mancini (4), poggiando sopra una argomentazione inesatta; resta il 1404 accettato quasi da tutti, perchè riceve conforto da due testimonianze,

(1) *Il governo della famiglia, Studio critico*, 31.

(2) *Preludio*, Anno VI, n. 5, 48.

(3) *Stor. Lett. Ital.* VI, 615 in nota (ed. Classici).

(4) *Vita di L. B. Alberti*, Fir. 1882, 554.